386. Inducitur hominibus jam proclivibus factis, stimulo quocunque (305) cerebro, nervo, musculo, parti consentienti (325-6, 355, et seq.) admoto; cujusmodi sunt, dentitio, vermes in intestinis hospitantes, eademque irritantes, materies acris sanguinem inficiens, ventriculume aut intestina gravans, irritatio nervi aut cerebri, ab osse præter naturam excrescente et in cerebrum premente, tumore, nimia plenitudine vasorum quæ sanguinem vehunt; dolor, vehemens animi affectus, subita exinanitio, venena quædam in corpus admissa. Sæpe tamen

malum consuetudine ingravescens (369) levioribus causis excitatur, parum cognitis, neque facile observandis.

387. Multorum morborum spasmus causa est et effectus, et sæpe maxima pars: cognitu et sanatu pariter aliquando difficilis; nimirum qui tot induat formas, et signa tam varia edat, prout varias corporis partes affecerit, quarum functiones mirum in modum perturbet, intendat, impediat: malum in ipsis primordiis constitutionis plerumque hærens, neque ideo levi aut subita quavis mutatione summovendum.

CAP. XIII.
CHAP. XIII.

De somno, que usibus et causis et varietatibus et vitiis, defectu, Of sleep, and the uses and causes and varieties and disorders, deficiency, excessu, ejûs; que noxis eorum; et de ratione et causis excess, of it; and the mischiefs of them; and of the nature and causes somniorum. of dreams.

388. Homo non semper valet ad exercendum sensum que voluntarium
Man is not always able to exercise sense and voluntary
motum: que oportet utramque functionem ferri per intervalla, ut
motion: and it behoves that each function cease at intervals, that
vires musculorum que nervorum exhaustæ exercitatione, reficiantur
the powers of the muscles and of the nerves exhausted by exercise, may be restored
quiete et otio.
by rest and leisure.

389. Alter status, quo sentimus bene, que regimus musculos
One state, in which we feel much, and govern the muscles
voluntarii motus ad arbitrium, est vigilia: alter, quo est
of voluntary motion at pleasure, is waking: the other, in which there is
neque sensus neque voluntarius motus, vocatur somnus.
neither sense nor voluntary motion, is called sleep.

390. Vero alteruter potest esse plus ve minus perfectus, ita ut
But either may be more or less perfect, so that
homo nec dormiat plene, neque bene fungatur muneribus
a person neither sleeps soundly, nor properly discharges the duties
vigilantis (hominis). Iis, qui sanissimi dormiunt altum,
of a waking person. They, who being very healthy sleep soundly,
est (pro habet) neque voluntarius motus neque externus sensus;
have neither voluntary motion nor external sensation;
neque ulla memoria interni (sensus) si quis fuerit: autem
nor any recollection of internal if any have been: but
semisomnes sentiunt quodammodo, et percipiunt multas externas
those half asleep have sensation in some degree, and perceive many external
res, quamvis parum accurate: recordantur, imaginantur, cogitant
things, although no way accurately: they recollect, imagine, think
multum, que agitantur variis affectibus animi; sæpe
a great deal, and are agitated by various emotions of the mind; they often

CAP. XIII.—*De somno; ejusque usibus, et causis, et varietatibus, et vitiis, defectu, excessu; eorumque noxis: et de ratione et causis somniorum.*

388. Homo non semper valet ad sensum motumque voluntarium exercendum: utramque functionem oportet per intervalla ferri, ut vires musculorum nervorumque, exercitatione exhaustæ, quiete et otio reficiantur (3).

389. Alter status, quo bene sentimus, musculorumque voluntarii motus ad arbitrium regimus, vigilia est: alter quo neque sensus est, neque motus voluntarius, somnus vocatur.

390. Alteruter vero plus minusve perfectus esse potest, ita ut homo nec plene dormiat, neque vigilantis muneribus bene fungatur. Qui sanissimi altum dormiunt, iis neque motus voluntarius est, neque sensus externus; neque interni, si quis fuerit, memoria ulla: semisomnes autem quodammodo sentiunt, et multas res externas percipiunt, quamvis parum accurate: multum recordantur, imaginantur, cogitant, variisque animi affectibus agitantur; loquuntur sæpe, surgunt aliquando, vestes induunt, ambulat, multaque, vigilantium instar,

loquuntur, allquando surgunt, induunt vestes, ambulant, que
talk, sometimes rise up, put on their clothes, walk, and
 faciunt multa instar vigilantium (hominum). Vero vitales, quin et
do many things like waking persons. But the vital, as well as
 naturales actiones, pergunt etiam in somno quam perfectissimo,
the natural actions, go on even during sleep the most perfect possible,
 quamvis plerumque observentur nonnihil lentiores quam in
although generally they are observed somewhat slower than in
 vigili.
the waking state.

391. Suavissimus somnus obrepat, post solitos labores diei,
Very sweet sleep creeps on, after the accustomed labours of the day,
 levem cœnam, Venerem modice cultam, tenebris et
a light supper, Venus moderately cultivated, the darkness and
 silentio noctis suadentibus. Amor quietis et tranquillitatis pariter
silence of night inviting. A love of quiet and tranquillity alike
 animi et corporis, debilitas, lassitudo, sensus defatigationis, præsertim
of mind and of body, debility, lassitude, a sense of fatigue, especially
 in his musculis quibus usi sumus maxime, et oscitatio, et
in those muscles which we have used most, also yawning, and
 frequens et valida extensio artuum præcedunt; hebetudo
a frequent and powerful extension of the limbs precede; dulness
 externorum sensuum, confusio internorum, attentio distracta,
of the external senses, confusion of the internal, the attention distracted,
 neque parens voluntati, recordatio injussa, invita, imaginatio
nor obeying the will, recollection unbidden, involuntary, imagination
 vaga, et demum credita, species delirii, postremo, oblivio
wandering, and at last believed, a species of delirium, finally, oblivion
 omnium rerum (superveniunt): musculi fatigati et relaxati, possunt
of all things: the muscles fatigued and relaxed, are able
 neque regere et sustinere singulas partes quibus adnectuntur,
neither to govern and support the several parts to which they are attached,
 neque ideo totum corpus; palpebræ nictant, et tandem
nor consequently the whole body; the eyelids wink, and at length
 clauduntur; maxilla cadit, caput nutat, omnia membra leviter
are shut; the jaw falls, the head nods, all the members slightly
 flexa quiescunt, et corpus ipsum flectitur antrosum, nisi
bent become quiet, and the body itself is bent forwards, except
 dormiens decumbat. Pulsus arteriarum fiunt tardiores
the sleeping person lies down. The pulsations of the arteries become slower
 et pleniores, respiratio lentior et profundior, et multi
and fuller, respiration slower and deeper, and many (while)

faciunt. Actiones vero vitales, quin et naturales, pergunt etiam in somno quam perfectissimo, quamvis nonnihil lentiores quam in vigili plerumque observentur.

391. Post solitos diei labores, levem cœnam, Venerem modice cultam, suavissimus somnus obrepat, suadentibus tenebris et silentio noctis. Præcedunt amor quietis et animi pariter et corporis tranquillitatis, debilitas, lassitudo, defatigationis sensus in his musculis præsertim quibus maxime usi sumus, et oscitatio, et frequens et valida artuum extensio; sensuum externorum hebetudo, internorum confusio, at-

tentio distracta, neque voluntati parens, recordatio injussa, invita, imaginatio vaga, et credita demum, delirii species, postremo, omnium rerum oblivio: musculi fatigati et relaxati, neque singulas quibus adnectuntur partes, neque ideo totum corpus, regere et sustinere possunt: palpebræ nictant, et tandem clauduntur; maxilla cadit, caput nutat, omnia membra leviter flexa quiescunt, et corpus ipsum antrosum flectitur, nisi decumbat dormiens. Pulsus arteriarum tardiores et pleniores fiunt, respiratio lentior et profundior, et multi dormientes stertunt; calor minuitur, et ple-

dormientes stertunt; calor minuitur, et pleræque secretiones; et
sleeping snore; heat is diminished, and most (of) the secretions; and
 soliti appetitus et propensiones non percipiuntur.
the accustomed appetites and propensities are not perceived.

392. Diuturnitas somni pendet multum ab ætate, constitutione,
The length of time for sleep depends much upon age, constitution,
 consuetudine, et demum statu corporis tempore quo
custom, and lastly the state of the body at the time at which
 somnus obreperat. Varii stimuli, vel admoti extrinsecus, vel
the sleep had come on. Various stimuli, either applied from without, or
 orti intus, imponunt finem eidem, lux, strepitus, rudior
arising within, put an end to the same, light, noise, rougher
 tactus, fames, sitis, propensio ad reddendam urinam, &c. Tandem
handling, hunger, thirst, a propensity to void the urine, &c. At length
 somnus rumpitur, neque adeo subito, quin perturbatio internorum
sleep is broken, nor so suddenly, but that perturbation of the internal
 sensuum, insomnium, hebetudo, et imperfectus usus externorum
senses, dreaming, dulness, and an imperfect use of the external
 sensuum plerumque observentur, et sæpe recordemur
senses for the most part may be observed, and frequently we recollect
 matutini insomnii, plerumque obliti aliorum. Demum
the morning dream, mostly forgetful of the others. At length
 expergiscimur, oscitamus, extendimus membra flexa diu,
we awake, we yawn, we extend the limbs that were bent a long time,
 non secus ac dormituri feceramus; denuo percipimus
in like manner as when about to sleep we had done; we again perceive
 appetitus et naturales propensiones; facti compotes omnium facultatum
the appetites and natural propensities; become masters of all the faculties
 corporis que animi exiguo spatio temporis.
of the body and mind in a short space of time.

393. Causa somni, nimirum plena et proxima causa,
The cause of sleep, that is the adequate and proximate cause,
 adhuc latet, et fortasse latebit diu. Male tribuitur
as yet lies hid, and perhaps will lie hid for a long time. It is badly attributed
 nervis exhaustis et repletis vicissim suo fluido;
to the nerves being exhausted and repleted by turns with their own fluid;
 quippe quia somnus, in plurimis exemplis, prorogetur facile,
inasmuch as sleep, in many instances, may be deferred easily,
 ubi fluidum, si revera tale quid inest nervis et cerebro,
when the fluid, if in truth any such thing exists in the nerves and brain,
 potest non esse valde exhaustum; et sæpe producat
cannot not be (must be) very much exhausted; and often it is protracted

ræque secretiones; et soliti appetitus (353) et propensiones (354) non percipiuntur.

392. Diuturnitas somni pendet multum ab ætate, constitutione, consuetudine, et demum corporis statu tempore quo somnus obreperat. Finem eidem imponunt varii stimuli, vel extrinsecus admoti, vel intus orti, lux, strepitus, tactus rudior, fames, sitis, propensio ad urinam reddendam, &c. Tandem somnus rumpitur, neque adeo subito, qui perturbatio sensuum internorum, insomnium, hebetudo, et imperfectus externorum sensuum usus plerumque observentur, et sæpe insomnii matutini recorde-

mur, aliorum plerumque obliti. Expergiscimur demum, oscitamus, membra diu flexa extendimus, non secus ac dormituri feceramus; appetitus et propensiones naturales denuo percipimus; exiguo temporis spatio, omnium corporis animique facultatum compotes facti.

393. Causa somni, nimirum, plena et proxima causa, adhuc latet, et fortasse diu latebit. Male fluido suo nervis exhaustis vicissim et repletis tribuitur; quippe quia somnus, plurimis in exemplis, prorogetur facile, ubi fluidum, si tale quid revera nervis et cerebro inest, non potest non esse valde exhaustum; et sæpe pro-

diu postquam nervi debent abundare quam maxime proprio
long after that the nerves ought to abound the most possible with their
 fluido.
proper fluid.

394. Nec somnus melius dicitur oriri a compresso
Nor (is) sleep more properly said to arise from a compressed
 cerebro; enim plerumque nulla talis compressio potest ostendi, aut
brain; for generally no such compression can be shewn, or
 profecto fieri et sopor inductus cerebro compresso,
indeed take place: and the drowsiness induced by the brain being compressed,
 differt multum a naturali somno. Enim ille nec reficit vires,
differs much from natural sleep. For it neither recruits the strength,
 nec potest ita rumpi quin æger relabatur in eundem statim
nor can be so broken but that the patient relapses into the same as soon
 ut stimulus qui excitabat fuerit sublatus. Vero naturalis somnus,
as the stimulus which excited him has been removed. But natural sleep,
 nihil omnino admoto quod liberet cerebrum a compressione,
nothing at all being applied which could relieve the brain from compression,
 facillime pellitur quocunque stimulo.
is very easily driven off by any stimulus.

395. Omnia signa, quæ comitantur somnum, docent, statum
All the signs, which accompany sleep, prove, that the state
 universi nervosi generis, et imprimis cerebri, multum mutari.
of the whole nervous system, and especially of the brain, is much changed.
 Vero non docent qualis ista mutatio fuerit. Tamen,
But they do not shew what kind that change may be. However,
 juvabit novisse remotas causas somni et vigiliarum, quibus
it will benefit to know the remote causes of sleep and watchfulness, by which
 iste ignotus status inducitur, et ope quarum, medici sæpe
that unknown state is induced, and by means of which, physicians often
 conantur, neque frustra, temperare somnum prout res
endeavour, nor in vain, to regulate sleep according as circumstances
 postulaverint.
shall require.

396. Omnis sensus, pariter externus que internus, omnis affectus
Every sensation, alike external and internal, every affection
 animi, omnis actio musculorum, excitant nervosum genus, que
of the mind, every action of the muscles, excite the nervous system, and
 præstant hominem vigilem, eo certius, quo ipsa fuerint
keep a person awake, the more certainly, as they shall be
 vehementiora. Sic vivida lux, strepitus, dolor, ira, gaudium, mæror,
more violent. Thus vivid light, noise, pain, anger, joy, grief,

ducatur diu, postquam nervi fluido proprio debent quam maxime abundare.

394. Nec melius a compresso cerebro somnus oriri dicitur; plerumque enim nulla talis compressio ostendi aut profecto fieri potest: et sopor, compresso cerebro inductus, differt multum a naturali somno. Ille enim nec vires reficit, nec ita rumpi potest, quin statim in eundem æger relabatur, ut stimulus qui excitabat sublatus fuerit. Somnus vero naturalis, nihil omnino admoto quod cerebrum a compressione liberet, stimulo quocunque facillime pellitur.

395. Docent omnia quæ somnum comitantur

signa, universi generis nervosi, et imprimis cerebri, statum multum mutari. Qualis vero ista mutatio fuerit, non docent. Juvabit tamen novisse causas somni et vigiliarum remotas, quibus ignotus iste status inducitur, et quarum ope medici sæpe conantur, neque frustra, somnum, prout res postulaverint, temperare.

396. Sensus omnis, externus internusque pariter, omnis animi affectus, omnis actio musculorum genus nervosum excitant, hominemque vigilem præstant, eo certius, quo ipsa vehementiora fuerint. Sic vivida lux, strepitus, dolor, ira, gaudium, mæror, metus, anxietas,

metus, anxietas, fames, sitis, vehemens cupido, motus corporis,
fear, anxiety, hunger, thirst, ardent desire, motion of the body,
 vivida memoria aut imaginatio, intensa cogitatio, adimunt somnum.
lively memory or imagination, intense thinking, prevent sleep.
 Vero nulla, aut levior, impressio in organa sensuum,
But none, or a slighter, impression upon the organs of the senses,
 susurrus apum, murmur labentis rivi, frigida plumbea oratio,
the hum of bees, the murmur of a gliding stream, a cold dull oration,
 denique, talis exercitatio memoriæ ipsius, qualis neque est nimis
lastly, such an exercise of memory itself, as neither is too
 laboriosa, neque commovet mentem ullo modo, invitant atque
laborious, nor excites the mind in any manner, invite and
 conciliant somnum. Nimius impetus sanguinis versus caput,
procure sleep. An excessive impetus of blood towards the head,
 qualis sæpe accidit in febribus, pellit somnum: vero libera et
such as often happens in fevers, repels sleep: but a free and
 æqualis distributio sanguinis per totum corpus, que imprimis
equal distribution of the blood through the whole body, and especially
 extremas partes, sæpe inducit somnum. Quicquid solvit corpus,
the extreme parts, often induces sleep. Whatever relaxes the body,
 favet somno: hinc variæ exinanitiones, balneum, fofus, calor
favours sleep: hence various evacuations, the bath, fomentation, heat
 ipse aliquando utilis ad conciliandum somnum. Somnus facilius
itself (are) sometimes useful to procure sleep. Sleep more easily
 obrept post cibum et post concubitum; scilicet, vehemente sensu
creeps on after food and after venery: that is, turbulent feeling
 pacato, et corpore ipso nonnihil soluto. Intensum et
being calmed, and the body itself somewhat relaxed. Intense and
 diuturnum frigus inducit somnum, haud facilem ruptu, sæpe
continued cold induces sleep, not easy to be broken, often
 continuatum morti. Denique sunt res, quæ admotæ corpori
continued to death. Indeed there are things, which applied to the body
 aut receptæ in id ipsum, non modo non excitant nervosum
or received into it itself, not only do not excite the nervous
 genus, sed plane sopiunt, reddunt minus aptum ad sensum que
system, but altogether lull it, render it less fit for sensation and
 motum, et sic inducunt altum somnum. Hujusmodi sunt quæ
motion, and thus bring on deep sleep. Of this sort are what
 vocantur narcotica remedia, opium et similia: quibus oportet
are called narcotic remedies, opium and the like: with which it behoves
 annumerare vinum ipsum sumptum nimiam copiam, et quosdam
to reckon wine itself taken in too great quantity, and certain

fames, sitis, cupido vehemens, motus corporis, memoria aut imaginatio vivida, cogitatio intensa, somnum adimunt. Nulla vero, aut levior, in organa sensuum impressio, susurrus apum, murmur labentis rivi, oratio frigida plumbea, ipsius denique memoriæ talis exercitatio, qualis neque nimis laboriosa est, neque mentem ullo modo commovet, somnum invitant atque conciliant. Sanguinis caput versus impetus nimis, qualis sæpe in febribus accidit, somnum pellit: libera vero et æqualis sanguinis per totum corpus, partesque imprimis extremas, distributio, somnum sæpe inducit. Quicquid corpus solvit, somno favet: hinc variæ

exinanitiones, balneum, fofus, calor ipse, aliquando ad somnum conciliaudum utilis. Post cibum et post concubitum somnus facilius obrept; pacato scilicet vehemente sensu et corpore ipso nonnihil soluto. Frigus intensum et diuturnum somnum inducit, haud facilem ruptu, sæpe morti continuatum. Denique, sunt res, quæ corpori admotæ, aut in id ipsum receptæ, genus nervosum non modo non excitant, sed plane sopiunt, ad sensum motumque minus aptum reddunt, et sic altum somnum inducunt. Hujusmodi sunt quæ vocantur narcotica remedia, opium, et similia: quibus annumerare oportet vinum ipsum nimiam copia sumptum, et vapores

lethiferos vapores, veluti ardentis carbonis. Postremo, vigilia ipsa
deadly vapours, as of burning charcoal. Finally, watching itself
 est quodammodo causa somni, quatenus inter vigiliis, homo
is in some measure a cause of sleep, inasmuch as during watchings, a person
 semper exercent sua organa plus ve minus, et sic minuat,
always exercises his organs more or less, and thus diminishes,
 consumat, nervosam vim. Et profecto, quo vehementius corpus
consumes, the nervous power. And truly, the more violently the body
 exercetur, fere pari ratione necessitas somni premit.
is exercised, in almost an equal degree does the necessity for sleep press.

397. Fœtus videtur transire somno fere tempus quod
The fœtus seems to pass in sleep nearly (all) the time (during) which
 latet in utero; et immaturi partus, sed tamen superstites,
it lies hid in the uterus; and premature births, but nevertheless that survive,
 dormiunt fere totos primos menses. Infantes quoque solent
sleep nearly the whole first months. Infants also are accustomed
 dormire multum. Pueri, et homines qui degunt laboriosam vitam,
to sleep a great deal. Boys, and men who lead a laborious life,
 dormiunt plus, et quoque altius, quam adulti, aut luxuriosi
sleep more, and also more soundly, than adult, or luxurious
 et desides, homines; scilicet qui bene exercent corpus,
and indolent, persons; as being persons who properly exercise the body,
 neque habent mentem laceratam curis. Leves somni, præmium et
nor have the mind distracted by cares. Light slumbers, the reward and
 solatium laboris, virtutis, temperantiæ, haud facile conceduntur
solace of labour, virtue, temperance, are not easily granted
 immerentibus.
to the undeserving.

398. Porro, dum corpus crescit indies, plus somni
Moreover, so long as the body is growing daily, more (of) sleep
 requiritur, scilicet qui confert haud parum ad reficiendum et
is required, as that which contributes not a little to recruit and
 alendum corpus. Homines dormiunt minus medio ætate. Autem
nourish the body. Persons sleep less at the middle age. But
 consuetudo facit multum hic: alii sunt contenti somno quatuor
habit does a great deal here: some are content with the sleep of four
 horarum, alii consumunt decem horas et amplius de die somno.
hours, others consume ten hours and more of the day in sleep.
 Quidam, fere confecti senio, facti somniculosi et torpidi,
Some, almost worn out with old age, become drowsy and torpid,
 transierunt maximam partem temporis somno.
have passed the greatest part of (their) time in sleep.

quosdam lethiferos, veluti carbonis ardentis. Postremo, ipsa vigilia somni quodammodo causa est, quatenus inter vigiliis, homo sua organa plus minusve semper exercent, et sic vim nervosam minuat, consumat. Et profecto, quo vehementius corpus exercetur, pari fere ratione premitur necessitas somni.

397. Tempus quod fœtus in utero latet somno fere transire videtur; et partus immaturi, sed tamen superstites, totos primos menses fere totos dormiunt. Infantes quoque multum dormire solent. Pueri, et homines qui vitam laboriosam degunt, plus quam adulti homines, aut luxuriosi et desides, et alius quoque dormiunt;

scilicet qui corpus bene exercent, neque hoc cibo gravatum, neque mentem curis laceratam habent. Leves somni, laboris, virtutis, temperantiæ, præmium et solatium, immerentibus haud facile conceduntur.

398. Porro dum crescit indies corpus, plus somni requiritur, scilicet qui ad corpus reficiendum et alendum haud parum confert. Media ætate, homines minus dormiunt. Consuetudo autem multum hic facit: alii quatuor horarum somno contenti sunt, alii decem et amplius horas de die somno consumunt. Quidam, senio fere confecti, somniculosi et torpidi facti, maximam temporis partem somno transierunt.

399. Usus somni satis apparet ex effectibus quos habet
The use of sleep sufficiently appears from the effects which it has
 in corpore. Reficit vires et animi et corporis consumptas
on the body. It renews the powers both of mind and body when consumed
 exercitatione: conciliat vigorem huic, pristinam alacritatem illi:
by exercise: it restores its vigour to the latter, its former alacrity to the former:
 reddit musculos, defessos, rigidos, dolentes, tremulos valido labore,
it renders the muscles, wearied, stiff, painful, tremulous with hard labour,
 iterum vividos, validos, et mobiles: temperat pulsus arteriarum,
again lively, strong, and active: it moderates the pulsations of the arteries,
 evadentes frequentiores sub vesperem, et reducit ad matutinam
becoming more frequent towards evening, and reduces them to the morning
 moderationem: videtur favere concoctioni cibi, et appositioni
regularity: it seems to favour the digestion of the food, and the apposition
 nutrimenti ad reparandam jacturam solidarum partium; minuit
of the nutriment to repair the loss of the solid parts; it diminishes
 secretiones et excretiones; et sinit secretos humores spissescere,
the secretions and excretions; and permits the secreted humours to thicken,
 scilicet, corpore facto minus sentiente et mobili. Hinc
that is, by the body being rendered less sensitive and irritable. Hence
 somnus non modo utilis, sed prorsus necessarius ad conservandas
sleep (is) not only useful, but absolutely necessary to preserve
 vitam et sanitatem; et præstantissimum remedium ad sanandos vel
life and health; and a most excellent remedy for curing or
 levandos multos morbos.
relieving many diseases.

400. Defectus somni nocet multimodis; imprimis nervoso genere.
Want of sleep hurts in many ways; especially the nervous system.
 Reddit organa externorum et internorum sensuum, que omni
It renders the organs of the external and internal senses, and of every
 geni motus, minus apta ad sua munera. Hinc sensus vel
kind of motion, less fitted for their functions. Hence sensations either
 nulli vel imperfecti et depravati, dolor capitis, vertigo, imbecillitas,
none or imperfect and depraved, pain of the head, vertigo, imbecility,
 defectus memoriæ, species delirii, demum, insania ipsa; debilitas
loss of memory, a species of delirium, lastly, insanity itself; debility
 artuum, et imperfecta et inordinata actio vitalium organorum,
of the limbs, and an imperfect and irregular action of the vital organs,
 frequentes pulsus (sc. art.), calor, febris, prava concoctio cibi,
frequent pulsations, heat, fever, depraved concoction of the food,

399. Usus somni ex effectibus quos in corpore habet satis apparet. Vires et animi et corporis, exercitatione consumptas, reficit: huic vigorem, illi alacritatem pristinam conciliat: musculos valido labore defessos, rigidos, dolentes, tremulos, iterum vividos, validos, et mobiles reddit: pulsus arteriarum, sub vesperem frequentiores evadentes, temperat, et ad moderationem matutinam reducit: cibi concoctioni, et appositioni nutrimenti ad reparandam partium solidarum jacturam, favere videtur: secretiones et excretiones minuit; et humores secretos spissescere sinit, corpore scilicet minus sentiente et mobili facto. Hinc

ad vitam et sanitatem conservandas, somnus non utilis modo, sed prorsus necessarius; et ad multos morbos sanandos vel levandos, præstantissimum remedium.

400. Defectus somni multimodis nocet: imprimis generi nervoso. Organa sensuum externorum et internorum, motusque omnigeni, ad sua munera minus apta reddit. Hinc sensus vel nulli, vel imperfecti et depravati, capitis dolor, vertigo, imbecillitas, memoriæ defectus, delirii species, ipsa demum insania; debilitas artuum, et imperfecta et inordinata vitalium organorum actio, pulsus frequentes, calor, febris, concoctio cibi prava, corpus parum nu-

corpus parum nutritum, macies, demum secretiones et
the body not nourished, emaciation, lastly the secretions and
 excretionēs auctæ, vel impeditæ vel perturbatæ.
excretions increased, or impeded or disturbed.

401. Somnus impeditur, tum sanis tum morborum hominibus,
Sleep is impeded, as well in healthy as in sick persons,
 variis causis jam recensitis. Præterea, deficit in multis
by the various causes already enumerated. Besides, it fails in many
 morbis, quorum sunt pauci qui non facessant tantum
diseases, of which there are few which do not cause so much
 doloris aut anxietatis quantum fuerit sat ad arcendum vel
(of) pain or anxiety as may be sufficient to keep off or
 rumpendum somnum. Febres omnigenæ fere faciunt (febricitantem)
to break the sleep. Fevers of every kind generally cause (the patient)
 dormire male, cum ob generalem molestiam quæ non
sleep badly, as well because of the general uneasiness which not
 nunquam comitatur hoc genus morborum, tum ob
never (sometimes) accompanies this class of diseases, as on account of
 impetum sanguinis versus caput sæpe incitatum; tum quoque
the impetus of the blood towards the head (being) often increased; as also
 ob ventriculum habentem se male, et gravatum crudo
on account of the stomach having itself ill, and oppressed with crude
 cibo, aut distentum potu. Hæc quoque est ratio cur multi
food, or distended with drink. This also is the reason why many
 hypochondriaci et hysterici dormiant tam male; scilicet, qui
hypochondriacal and hysterical (persons) sleep so badly; that is, who
 solent concoquere male, et habent stomachum opportunum
are accustomed to digest badly, and have the stomach subject to
 multis, quamvis sæpe levibus, malis; quorum vel levissima
many, although often slight, disorders; of which even the slightest
 præsertim si corpus jam fuerit nimis mobile et irritabile,
especially if the body already should be too mobile and irritable,
 auferent somnum.
will prevent sleep.

402. Defectus somni, pari ratione, solet nocere, sed adhuc
Want of sleep, for a like reason, is accustomed to hurt, but still
 magis, et citius, in morbis ac in sanitate; scilicet, viribus
more, and more quickly, in diseases than in health; namely, by the powers
 ægri minutis, viribus morbi intensis, dolore
of the sick being reduced, the strength of the disease being increased, pain
 capitis aut delirio inductis, quæ concoctione cibi impedita.
of the head or delirium induced, and the digestion of the food impeded.

tritum, macies, secretiones demum et excretiones auctæ, vel impeditæ, vel perturbatæ.

401. Impeditur somnus, tum sanis hominibus, tum morborum, variis causis jam (396) recensitis. Deficit præterea in multis morbis, quorum pauci sunt, qui non tantum doloris, aut anxietatis, aut molestiæ facessant, quantum sat fuerit ad somnum arcendum vel rumpendum. Febres omnigenæ fere male dormire faciunt, cum ob molestiam generalem, quæ nunquam non hoc genus morborum comitatur, tum ob incitatum sanguinis impetum, sæpe caput ver-

bentem, et crudo cibo gravatum, aut potu distentum. Hæc quoque ratio est cur multi hypochondriaci et hysterici tam male dormiant; scilicet qui male solent concoquere, et ventriculum habent multis, quamvis sæpe levibus, malis opportunum; quorum vel levissima, præsertim si corpus jam nimis mobile et irritabile fuerit, somnum auferent.

402. Defectus somni, pari ratione in morbis ac in sanitate, sed magis adhuc et citius nocere solet; viribus scilicet ægri minuita, viribus morbi intensis, dolore capitis aut delirio inductis, cibusque concoctione impedita. Igitur

Igitur ipse est non modo molestissimum signum adversæ
Therefore itself is not only a most troublesome symptom of bad
 valetudinis, sed sæpe et causa aliorum et gravium malorum.
health, but often also the cause of other and severe diseases.

403. Excessus somni quoque nocet haud parum. Reddit totum
Excess of sleep also hurts not a little. It renders the whole
 hominem debilem, torpidum, hebetem, fere fatuum, facit motum
frame weak, torpid, dull, almost foolish, makes the motion
 sanguinis languidum, et minuit plerasque secretiones et
of the blood languid, and diminishes most of the secretions and
 excretiones. Hinc plenitudo, obesitas, flacciditas, et impotentia ad
excretions. Hence fulness, obesity, flaccidity, and incompetency to
 omnia munera vitæ (oriuntur).
all the duties of life.

404. Causæ excessûs hujusmodi, sunt vel solitæ causæ somni
The causes of excess of this sort, are either the usual causes of sleep
 jam recensitæ, intensæ ultra modum, vel aliquod vitium
already enumerated, increased beyond bounds, or some disorder
 cerebri, veluti compressio, inundatio, &c. vel aliquando ut videtur
of the brain, as compression, effusion, &c. or sometimes as it seems
 magna insolita debilitas, et inducta ab insolitâ causâ; veluti
great unusual debility, and brought on by an unusual cause; as
 sub finem quarundam februm, vel in convalescentibus ex
towards the end of certain fevers, or in persons convalescent from
 iis que aliis morbis, quamvis in his exemplis multum absit ut
them and other diseases, although in these examples it is far from that
 tam diuturnus somnus noceat; vel siquando forte graves et
so prolonged sleep can hurt; or whenever by chance severe and
 diuturni mœror aut metus induxerint mirum et
long continued grief or fears have brought on a wonderful and
 inexpectatum soporem. Denique quidam homines didicerunt, consuetudine
unexpected drowsiness. Indeed some persons have learned, by habit
 solâ, dormire plus justo, non sine magno malo. Nec desunt
alone, to sleep more than proper, not with great evil. Nor are there
 exempla hominum, qui, sine manifestâ causâ, transierunt
wanting examples of men, who, without any manifest cause, have passed
 totos dies vel etiam menses, vix interrupto somno.
entire days or even months, in a scarcely interrupted sleep.

405. Somnia, qualia sæpe agitant, delectant, angunt, terrent,
Dreams, such as often agitate, delight, render anxious, terrify,
 dormientes, rapiunt in novos orbes, solent haberi
persons sleeping, waft them into new spheres, are accustomed to be considered

non modo ipse molestissimum adversæ valetu-
 ditudinis signum est, sed et aliorum sæpe et gra-
 vium malorum causa.

403. Excessus quoque somni haud parum no-
 cet. Totum hominem debilem, torpidum, hebe-
 tem, fere fatuum reddit: motum sanguinis
 languidum facit, et plerasque secretiones et
 excretiones minuit. Hinc plenitudo, obesitas,
 flacciditas, et ad omnia vitæ munera impo-
 tentia.

404. Causæ hujusmodi excessus sunt, vel
 solitæ somni causæ jam (396) recensitæ, ultra
 modum intensæ, vel vitium aliquod cerebri,
 veluti compressio, inundatio, &c. vel aliquando,
 ut videtur, debilitas magna, insolita, et ab in-

solita causa inducta; veluti sub finem qua-
 rundam februm, vel in convalescentibus ex iis
 aliisque morbis, quamvis in his exemplis mul-
 tum absit ut tam diuturnus somnus noceat;
 vel siquando forte mœror aut metus graves et
 diuturni, mirum et inexpectatum soporem in-
 duxerint. Denique, sola consuetudine, plus
 justo dormire, non sine magno malo, quidam
 homines didicerunt. Nec desunt exempla homi-
 num, qui, sine manifesta causa, totos dies, vel
 etiam menses, somno vix interrupto, transie-
 runt.

405. Somnia, qualia dormientes sæpe agitant,
 delectant, angunt, terrent, in novos orbes
 rapiunt, pro morbis a medicis haberi solent:

a medicis pro morbis: quippe quæ vel prorsus desint in
by physicians as diseases: as being what either are entirely wanting in
 perfectissimo somno, aut saltem relinquunt nulla vestigia aut
the most perfect sleep, or at least leave behind no traces or
 memoriam sui.
memory of themselves.

406. Fiunt, vel propter hominem non plene sopi-
They take place, either on account of the person not being fully lulled
 tum, cui memoria et imaginatio adhuc vigent, quamvis
to sleep, to whom memory and imagination as yet are active, although
 manumissæ imperio voluntatis; vel propter quaslibet
emancipated from the controul of the will; or on account of some
 impressiones, internas vel externas, adeo validas ut faciant eum
impressions, internal or external, so powerful that they cause him
 sentire, quamvis non rumpant somnum; de quibus semi-
to perceive, although they do not break the sleep; about which the half
 somnis quodammodo judicet, et confundat eas in mirum
asleep (person) in some measure judges, and confounds them in a wonderful
 modum cum cogitationibus memoriæ et imaginationis. Enim hæc
manner with the thoughts of memory and imagination. Moreover these
 oblata suâ sponte homini inter somnum, sumuntur pro veris.
presented spontaneously to a person during sleep, are taken for true.

407. Somnia familiaria obdormiscentibus et expergiscentibus,
The dreams common to persons falling asleep and awaking,
 quamvis alioquin sanissimis, et expositis nulli irritationi, docent;
although otherwise very healthy, and exposed to no irritation, teach this;
 dira somnia quæ oriuntur ab anxietate corporis, veluti a
the horrible dreams which arise from anxiety of body, as from
 supino situ corporis, aut a ventriculo gravato multo
a supine position of the body, or from the stomach oppressed with much
 cibo et vino, docent; singularia somnia ducentia originem a
food and wine, teach it; the singular dreams drawing their origin from
 dolore cujûsvis partis, vel frigore admoto, vel inæquali et duriore
pain of any part, or cold being applied, or an uneven and harder
 lecto, vel statu genitalium organorum, vel a febribus, vel denique,
bed, or the state of the genital organs, or from fevers, or lastly,
 a variis morbis pectoris, docent. Nimirum homo, in hoc
from the various diseases of the chest, teach it. Truly a person, in this
 statu ut videtur, quærit causam sensûs quem percipit, et
state as it appears, seeks the cause of the sensation which he perceives, and
 sæpe fingit sibi absurdas et ridiculas (causas).
often imagines to himself absurd and ridiculous ones.

quippe quæ in perfectissimo somno vel prorsus desint, vel nulla saltem sui vestigia aut memoriam relinquunt (390).

406. Fiunt vel propter hominem non plene sopitum, cui memoria et imaginatio adhuc vigent, quamvis voluntatis imperio manumissæ; vel propter impressiones quaslibet, internas vel externas, adeo validas ut eum sentire faciant, quamvis non rumpant somnum; de quibus semisomnis quodammodo judicet, easque cum cogitationibus memoriæ et imaginationis mirum in modum confundat. Hæc enim sua sponte inter somnum homini oblata, neque ejus voluntati obedientes, pro veris sumuntur.

407. Docent somnia obdormiscentibus et expergiscentibus familiaria, quamvis alioquin sanissimis, et nulli irritationi expositis; docent dira somnia quæ ab anxietate corporea (186, 193) oriuntur, veluti a situ corporis supino, aut a ventriculo multo cibo et vino gravato; docent singularia somnia, a dolore partis cujûsvis, vel frigore admoto, vel lecto inæquali et duriore, vel statu genitalium organorum, vel a febribus, vel denique a variis morbis pectoris, originem ducentia. Nimirum, in hoc statu, ut videtur, homo sensus quem percipit causam quærit, et absurdas et ridiculas sæpe sibi fingit.

408. Vero sensus, quicumque fuerit, sic excitatus somnianti

But the sensation, whatever it has been, thus excited in the dreaming person
 est quam maxime vividus, scilicet in quo totus homo est,
is extremely vivid, as being that in which the whole man is,
 indivisâ attentione adhibitâ, que nullo iudicio temperante.
the undivided attention being given, and no judgment regulating it.
 Hinc, fere, nulla vis animi somniis; sed timor, mœror,
Hence, mostly, no influence of reason in dreams; but fear, grief,
 libido, demum, quicquid obtulerit se menti, statim
lust, in a word, whatever may have presented itself to the mind, immediately
 occupat eam, et rapit totum hominem.
engages it, and hurries off the whole man.

409. Somnia (sunt) fugacia et velocissima; ita ut longa series
Dreams (are) fleeting and very rapid; so that a long series
 annorum, et innumeræ res gestæ, observentur animo dormientis,
of years, and innumerable exploits, are observed by the mind of the sleeping
 spatio temporis adeo parvo ut careat nomine. Est haud
person, in a space of time so small as to want a name. It is not
 incredibile, vocem quæ jubet expergisci, sæpe dare longum
incredible, that the voice which orders to awake, often produces a long
 somnium priusquam penitus rumpat somnum.
dream before that it perfectly breaks the sleep.

410. Somnia multum reguntur consuetudine; ita ut quidam didi-
Dreams are greatly regulated by habit; so that some have
 cerint arcere omnino, alii quodammodo dirigere sua somnia,
learned to prevent altogether, others in some degree to direct their dreams.
 Inter tot absurda et ridicula nil mirum si
Among so many absurd and ridiculous (ones) it is no way wonderful if
 fuerint quædam minus inepta vel denique vera; scilicet, si
there should be some less foolish or even true; that is, if
 quis, fortasse boni iudicii, vigilans plus quam dormiens,
any (one), perhaps of sound judgment, waking more than sleeping,
 reputaverit multa secum, et præviderit probabiliora.
should reflect on many things with himself, and should foresee the more probable.

408. Sensus vero quicumque sic excitatus fuerit somnianti quam maxime vividus est, scilicet in quo homo totus est, attentione adhibita indivisa, nulloque temperante iudicio. Hinc nulla fere in somniis vis animi; sed timor, mœror, libido, quicquid demum forte menti se obtulerit, eam statim occupat, et totum hominem rapit.

409. Somnia fugacia, velocissima; ita ut longa series annorum, et res gestæ innumeræ, spatio temporis adeo parvo ut nomine careat, dormientis animo observentur. Haud incredi-

bile est, vocem quæ jubet expergisci longum sæpe prius dare somnium, quam somnum penitus rumpat.

410. Somnia multum reguntur consuetudine; ita ut quidam omnino arcere, alii sua somnia quodammodo dirigere, didicerint. Inter tot absurda et ridicula, nil mirum si quædam minus inepta, vel denique vera fuerint; scilicet si quis, fortasse boni iudicii, plus vigilans quam dormiens, multa secum reputaverit, et præviderit probabiliora.

CAP. XIV.
CHAP. XIV.

De communi et naturali motu sanguinis.
Of the common and natural motion of the blood.

411. Circuitus sanguinis occupavit proximum, et profecto, in
The circulation of the blood has occupied the next, and indeed, in
homine, que similibus animalibus, locum vix secundum peculiari
man, and similar animals, a place hardly second to the peculiar
functioni cerebri ipsiûs; scilicet, organa quæ movent sanguinem
function of the brain itself: indeed, the organs which propel the blood
habent tantum commercium cum cerebro, et motus sanguinis
have so great an intercourse with the brain, and the motion of the blood
est adeo necessarius ad excitandum, que aptandum cerebrum suis
is so necessary to excite, and fit the brain for its
muneribus, ut hæ binæ functiones vicissim ferant et petant
functions, that these two functions mutually bring and seek
subsidium, neque queat altera perfici sine ope alteriûs.
support, nor can the one be performed without the aid of the other.

412. Sanguinem moveri per totum corpus, ingens,
That the blood is circulated though the whole (of the) body, the great,
et nonnunquam lethalis, jactura ejûs, a parvo vulnere in quivis
and sometimes fatal, loss of it, from a small wound in any
parte corporis, docet.
part of the body, teaches.

413. Cursus sanguinis, in adulto homine, absolvitur hac
The circulation of the blood, in an adult person, is performed in this
ratione. Sanguis, redux ab omnibus partibus corporis, transit
way. The blood, returning from all parts of the body, passes
in sinum venosum et dextram auriculam cordis; distendit,
into the sinus venosus and right auricle of the heart; distends,
stimulat, et ciet hanc ad contractionem: auricula contrahens se
stimulates, and excites this to contraction: the auricle contracting itself
tradit sanguinem dextro ventriculo: vero hic distentus et irritatus
delivers the blood to the right ventricle: but this distended and irritated
pari ratione, contrahit se, que impellit sanguinem in pulmonalem
in like manner, contracts itself, and drives the blood into the pulmonary
arteriam, ramis cujûs transit per utrumque pulmonem.
artery, by the branches of which it passes through both lungs.

CAP. XIV.—*De sanguinis motu communi et naturali.*

411. Proximum peculiari ipsius cerebri functioni, et profecto, in homine similibusque animalibus, vix secundum locum, occupavit sanguinis circuitus; scilicet organa quæ sanguinem movent tantum cum cerebro commercium habent, et sanguinis motus, ad excitandum, suisque muneribus aptandum cerebrum, adeo necessarius est, ut hæ binæ functiones subsidium ferant et petant vicissim, neque altera sine alterius ope perfici queat.

412. Sanguinem per totum corpus moveri,

docet ingens, vel lethalis nonnunquam, ejus jactura, a parvo vulnere in quivis corporis parte.

413. Cursus sanguinis in adulto homine hac ratione absolvitur. Sanguis ab omnibus corporis partibus redux, in sinum venosum et auriculam dextram cordis transit; hanc distendit, stimulat, et ad contractionem ciet: auricula se contrahens, sanguinem ventriculo dextro tradit: hic vero, pari ratione distentus et irritatus, se contrahit, sanguinemque in arteriam pulmonalem impellit, cujus ramis per utrumque pulmonem transit. Ab eo reducit venis pulmonalibus in sinum et auriculam sinistram, cujus

Reducitur ab eo (pulmone) pulmonibus venis in sinum
It is brought back from it (them) by the pulmonary veins into the sinus
 et sinistram auriculam, contractione cuius propellitur in
and the left auricle, by the contraction of which it is propelled into
 ventriculum ejusdem lateris. Hoc, demum, contrahente se, sanguis
the ventricle of the same side. This, indeed, contracting itself, the blood
 ejicitur insigni vi, et immittitur in aortam, innumeris
is ejected with great force, and is sent into the aorta, by the numberless
 ramis cuius defertur ad omnes partes corporis, reducendus
branches of which it is conveyed to all parts of the body, to be brought back
 denuo per sodales venas in cavam, et dextram auriculam
again by the accompanying veins into the cava, and the right auricle
 cordis.
of the heart.

414. Valvæ in corde, positæ et in ostiis arteriarum et
The valves in the heart, placed both in the mouths of the arteries and
 in venis, prohibentes reditum sanguinis, ostendunt hunc
in the veins, preventing the return (reflux) of the blood, prove this
 cursum; ligaturæ impositæ venis vel arteriis quæ faciunt has
course; ligatures put on the veins or arteries which cause the latter
 tumere citra, illas ultra, ligaturam, quoque docent; denique,
to swell on this side, the former beyond, the ligature, also teach it: lastly,
 hic cursus sanguinis facile conspicitur in pellucidis animalibus.
this course of the blood is easily seen in pellucid animals.

415. Vero multum abest ut singuli sacculi cordis, contrahant
But it is far from that the several cavities of the heart, contract
 sese hoc ordine; contractio utriusque auriculæ perficitur
themselves in this order; the contraction of both auricles is performed
 eodem tempore, utroque ventriculo tunc relaxato; et hi
at the same time, both ventricles being then relaxed; and these
 rursus contrahunt se eodem tempore, auriculis simul
again contract themselves at the same moment, the auricles at the same time
 relaxatis.
being relaxed.

416. In moribundis sinister ventriculus primo quiescit, deinde auricula
In dying persons the left ventricle first ceases, then the auricle
 ejusdem lateris; scilicet, sanguine quasi, ob defectum
of the same side; that is, the blood as it were, on account of want
 spiritus, effæto et forsam jam
of air, being barren (devoid of stimulating properties) and perhaps now
 transmissio parcius per pulmonem: postea dexter ventriculus,
transmitted more sparingly through the lungs: afterwards the right ventricle,

contractione in ventriculum ejusdem lateris propellitur. Hoc demum se contrahente, sanguis insigni vi ejicitur, et in aortam immittitur, cuius innumeris ramis ad omnes partes corporis defertur, per venas sodales in cavam et auriculam dextram cordis denno reducendus.

414. Hunc cursum ostendunt valvæ in corde, et in ostiis arteriarum et in venis positæ, reditum sanguinis prohibentes; docent quoque ligaturæ venis vel arteriis impositæ, quæ has citra, illas ultra ligaturam tumere faciunt: denique, hic cursus sanguinis in pellucidis animalibus facile conspicitur.

415. Multum vero abest ut hoc ordine singuli cordis sacculi sese contrahant; utriusque auriculæ contractio eodem tempore perficitur, relaxato tunc utroque ventriculo: et hi rursus eodem tempore se contrahunt, auriculis simul relaxatis.

416. In moribundis, ventriculus sinister primo quiescit, deinde auricula ejusdem lateris; sanguine scilicet ob defectum spiritus quasi effæto, et parcius forsam per pulmonem jam transmissio: postea ventriculus dexter, ultima auricula dextra desinit contrahere. Hinc aliquando fit, ut sanguis per magnas cavas, as-

dextra auricula ultima desinit contrahere. Hinc aliquando fit, the right auricle last(ly) ceases to contract. Hence it sometimes happens, ut sanguis cogatur, aliquatenus, redire per magnas that the blood is forced, in some measure, to come back through the great cava, ascendentem et descendentem; et efficiat levem motum in iis. cava, ascending and descending; and produces a slight motion in them.

417. In fœtu, nempe, qui nondum traxerit spiritum, sanguis In the fœtus, that is, which has not yet drawn in the air, the blood legit alias et longe diversas vias: imprimis, magna pars sanguinis chooses other and far different ways: first of all, a great part of the blood pulmonalis arteriæ aversa a pulmone (qui nimirum, of the pulmonary artery turned away from the lungs (which without doubt, nondum evolutus, nequit accipere tantum penum sanguinis) transit not yet developed, cannot receive so great a store of blood) passes per canalem arteriosum in aortam; tum magna pars through the canalis (ductus) arteriosus into the aorta; then a great part sanguinis aortæ defertur per umbilicales arterias ad placentam; of the blood of the aorta is carried through the umbilical arteries to the placenta, redux inde per umbilicalem venam, transit partim in cavam, returning thence through the umbilical vein, it passes partly into the cava, partim, per ductum venosum in jecur, et non nisi altero partly, through the ductus venosus into the liver, and not until a second circuitu per hoc viscus absoluto, redit tandem in circulation through this viscus being performed, does it return at length into cavam et dextram auriculam cordis. the cava and right auricle of the heart.

497. In homine, et plerisque aliis animalibus rotundæ sunt, et planæ, instar nummi. Exterior pars, quæ sola rubet, mantica seu vesicula

est, quæ partem centram, globulum ut videtur solidum, continet, multo se minorem.

498. Tenuis pars sanguinis, quæ vocatur serum, idoneo calore admoto, coit quoque in massam albidam, tenacem, *albumen* dictam, *fibrinæ* seu lymphæ *coagulabili*, quæ sponte coit, satis similem: unde tenuior latex, *serositas* dicitur, exprimi potest; quæ aliquantum *gelatinæ* continet.

499. Varii demum sales insunt sanguini, in sero ipsius soluti: *phosphas* imprimis *sodæ*, *phosphas calcis*, *murias sodæ*, *soda* pura, et nonnihil *hydrosulphureti ammoniæ*.

500. Totus sanguis, nedum coagulatus, qualis fluit e venâ,
The entire (of) the blood, not yet coagulated, such as it flows from a vein,
 coit calore multo minore quam qui sufficiat ad cogendum
coagulates at a heat much less than what suffices to coagulate
 serum; vero majore quam unquam accidit vivo homini.
the serum; but greater than ever occurs in the living man.

501. Rubræ particulæ, dum natant in sero, vel quovis simili
The red particles, whilst they swim in the serum, or any similar
 humore, qui continet aliquid salis solutum in se, aliquandiu
fluid, which contains something of salt dissolved in it, for some time
 bene conservant propriam figuram. Sed, dilutæ purâ aquâ,
perfectly preserve their proper figure. But, diluted with pure water,
 brevi tument, exterior vesicula distenditur in formam globi,
they quickly swell, the external vesicle is distended into the shape of a globe,
 et tandem rumpitur et solvitur, et centralis particula elabatur
and at length is broken and dissolved, and the central particle escapes
 ex eâ. Igitur hic videtur esse unus usus, neque forsitan
from it. Therefore this seems to be one use, nor perhaps
 minimus, seri que salium quos continet, diluere totam
the least, of the serum and of the salts which it contains, to dilute the entire
 massam sanguinis, et reddere mobilem, et conservare rubras
mass of blood, and render it moveable, and to preserve the red
 particulas integras, et figurâ quâ decet.
particles entire, and of the figure which it becomes (them).

502. Origo et finis et usus rubrarum particularum pariter
The origin and end (object) and use of the red particles (are) alike
 incerta atque obscura. Sunt qui opinantur centrales
uncertain and obscure. There are (those) who imagine that the central
 particulas formari in conglobatis glandulis resorbentium vasorum,
particles are formed in the conglobate glands of the absorbing vessels,
 et primâ ætate in thymo, resorberi in sanguinem,
and at the first age in the thymus, are reabsorbed into the blood,
 deferri ad varia organa corporis, et indui exteriore
are carried to the various organs of the body, and are clothed with the exterior
 rubrâ parte a splene, et demum reduci per resorbentia
red part by the spleen, and at length are brought back by the absorbing
 vasa ejus, ad cor. Sed hæc, et commenta hujusmodi, videntur
vessels of it, to the heart. But these, and expositions of such sort, seem
 parum firma.
no way certain.

503. Est non dubitandum quin particulæ fabricatæ tantâ curâ,
It is not to be doubted but that particles fabricated with so great care,

500. Totus sanguis, qualis e vena fluit nedum, coactus, calore coit multo minore quam qui ad serum cogendum sufficit; majore vero quam vivo homini unquam accidit.

501. Particulæ rubræ, dum in sero, vel simili quovis humore, natant, qui salis aliquid in se solum continet, propriam figuram aliquandiu bene conservant. Sed pura aqua dilutæ, brevi tument, vesicula exterior distenditur in formam globi, et rumpitur tandem, et solvitur, et particula centralis ex ea elabatur. Hic igitur videtur esse unus, neque forsitan minimus, usus seri saliumque quos continet, totam massam sanguinis diluere, et mobilem reddere, particu-

lasque rubras integras, et qua decet figurâ, conservare.

502. Origo, et finis, et usus particularum rubrarum pariter incerta atque obscura. Sunt qui opinantur, particulas centrales in glandulis conglobatis vasorum resorbentium, et prima ætate in thymo formari, in sanguinem resorberi, ad varia corporis organa deferri, et a splene parte exteriore rubra indui, et per ejus vasa resorbentia ad cor demum reduci.— Sed hæc et hujusmodi commenta parum firma videntur.

503. Non est dubitandum, quin particulæ tanta cura fabricatæ, insigni in corpore usui

inserviant insigni usui in corpore, quamvis hic sit hactenus
serve for an important use in the body, although this be hitherto
 parum cognitus. Non defuerunt qui opinati sunt,
little understood. There have not been wanting they who have imagined,
 nimirum, Iatro-mathematici, eas conferre quodammodo ad
namely, the Iatro-mathematicians, that they contributed in some way to
 gignendum animalem calorem; sed haud satis ratione. Certè
generate animal heat; but not with sufficient reason. Truly
 implent et distendunt majora vasa, neque intrant minora
they fill and distend the larger vessels, neither do they enter the smaller
 neque facile elabuntur e corpore. Videntur prodesse quodam-
(ones) nor easily escape from the body. They seem to avail in some
 modo ad nutrimentum corporis, repertæ quam plurimæ in valido
measure to the nutrition of the body, being found very numerous in a strong
 et bene pasto animale, paucissimæ in famelico et exhausto.
and well fed animal, very few in the starved and exhausted one.

504. Fibrina et albumen et gelatina quoque probe distendunt et
Fibrine and albumen and gelatine also fully distend and
 implent vasa, et impediunt ne vitalis humor effluat:
fill the vessels, and prevent that the vital fluid escape (from escaping):
 enim prorsus tenuis humor, instar aquæ, non sufficisset
for an altogether thin fluid, like water, would not have sufficed
 ad munera vitæ, quippe quem vasa patula innumeris
for the functions of life, as being one which vessels open with numberless
 ostiis non potuissent continere. Ista principia videntur imprimis
mouths would not have been able to retain. These principles seem especially
 conferre ad nutrimentum; quoniam et ipsa nutriunt
to contribute to nutrition; because both they themselves nourish
 multum, et omnia alimenta vertuntur, per duplicem concoctionem
very much, and all the aliments are converted, by a twofold concoction
 in corpore, primo in ventriculo et intestinis, postea in pulmonibus,
in the body, first in the stomach and intestines, afterwards in the lungs,
 in eadem (principia) priusquam impendantur ad alendum corpus,
into the same (principles) before that they are expended to support the body,
 et reparandam jacturam solidarum partium.
and to repair the waste of the solid parts.

505. Usus universæ massæ sunt varii, et maximi momenti.
The uses of the whole mass are various, and of the greatest moment.
 Imprimis probe distributa, excitat nervosum genus; videtur
First of all properly distributed, it excites the nervous system; seems
 conferre haud parum ad gignendum animalem calorem, que
to contribute not a little to generate animal heat, and

inserviant, quamvis hic parum hactenus cognitus sit. Non defuerunt qui opinati sunt, Iatro-mathematici nimirum, eas ad calorem animalem gignendum quodammodo conferre; sed haud satis valida ratione. Vasa majora certe implent atque distendunt, neque minora intrant, neque facile e corpore elabuntur. Ad nutrimentum corporis quodammodo prodesse videntur, in valido et bene pasto animale quam plurimæ, in famelico et exhausto paucissimæ repertæ.

504. Fibrina et albumen et gelatina quoque vasa probe distendunt et implent, et ne humor vitalis effluat impediunt: humor enim prorsus te-

nuis, instar aquæ, ad vitæ munera non sufficisset, quippe quem vasa innumeris ostiis patula non potuissent continere. Ad nutrimentum imprimis conferre videntur principia ista; quoniam et ipsa multum nutriunt, et omnia alimenta, per duplicem in corpore concoctionem, primo in ventriculo et intestinis, postea in pulmonibus, in eadem prius vertuntur, quam ad alendum corpus, et partium solidarum jacturam reparandam, impendantur.

505. Universæ massæ usus varii et maximi momenti sunt. Genus nervosum imprimis excitat, probe distributa; ad calorem animalem gignendum, eundemque per totum corpus dif-

diffundendum eundem per totum corpus; quin et sanguis est
to diffuse . the same through the whole body; moreover the blood is
 penus unde varil humores, apti varii muniis,
the store from whence the various fluids, fitted for their various offices,
 derivantur vel secernuntur.
are derived or secreted.

506. Partes sanguinis jam descriptæ, raro desunt; aliæ
The parts of the blood already described, rarely are wanting; (any) others
 raro reperiuntur in sanguine. Vero in quibusdam exemplis, fuit
rarely are found in the blood. But in some examples, there was
 aut nulla fibrina, aut tam parum ejus, aut ipsa adeo corrupta,
either no fibrine, or so little of it, or itself so corrupted,
 ut sanguis missus e venis non coiret, et rubræ particulæ,
that blood drawn from the veins did not coagulate, and the red particles,
 instar arenæ, peterent fundum vasis. Res pessimi
like sand, sought (fell to) the bottom of the vessel. A thing of the worst
 ominis.
omen.

507. Serum aliquando observatur album, instar lactis, quod
The serum is sometimes observed white, like milk, which
 videtur oriri ab adipe resumpto, que ne iterum redacto
seems to arise from the fat being taken up, and not again reduced
 in gluten. Serum etiam sæpe observatur præternaturam
(converted) into gluten. The serum also often is observed unnaturally
 flavum, propter bilem redeuntem in sanguinem.
yellow, on account of the bile returning into the blood.

508. Sanguis sæpe cogitur allâ minus solitâ ratione, et
The blood often is coagulated in another less usual manner, and
 crassamentum obducitur albâ tenace crustâ, instar corii.
the crassamentum is covered with a white tenacious crust, like leather.
 Hæc crustâ est nihil præter puram fibrinam coactam tardiùs
This crust is nothing except (but) pure fibrine coagulated more slowly
 solito, quo fit ut rubræ colorantes particulæ quodam-
than usual, whence it happens that the red colouring particles in some
 modo subsident.
degree subside.

509. Indicat nullum lentorem, densitatem, spissitatem, tenacitatem
It indicates no lentor, density, thickening, tenacity
 sanguinis ut diu fuit creditum, sed
of the blood (it does not indicate any, &c.), as for a long time was believed, bu
 potius tenuitatem, saltem minorem proclivitatem ad coagulationem.
rather a tenuity, at least a less tendency to coagulation.

fundendum, haud parum conferre videtur;
 quin et sanguis penus est, unde varii humores,
 variis muniis apti, derivantur vel secernuntur.

506. Sanguinis partes jam descriptæ raro desunt; raro aliæ in sanguine reperiuntur. In quibusdam vero exemplis, aut nulla fuit fibrina, aut tam parum ejus, aut ipsa adeo corrupta, ut sanguis e venis missus non coiret, et particulæ rubræ, instar arenæ, fundum vasis peterent. Res pessimi ominis.

507. Serum aliquando album, instar lactis, observatur, quod ab adipe resumpto, neque iterum in gluten redacto, oriri videtur. Sæpe

etiam præter naturam flavum observatur serum, propter bilem in sanguinem redeuntem.

508. Sæpe alia minus solita ratione cogitur sanguis, et crassamentum obducitur crusta albâ, tenace, instar corii. Hæc crusta nihil est præter puram fibrinam tardiùs solito coactam, quo fit ut particulæ rubræ colorantes quodammodo subsident.

509. Nullum, ut diu creditum fuit, sanguinis lentorem, densitatem, spissitatem, tenacitatem, indicat, sed potius tenuitatem, saltem minorem ad coagulationem proclivitatem. Oritur plerumque a vehementiore sanguinis intra corpus

Oritur, plerumque, a vehementiore agitatione seu conquassatione
It arises, for the most part, from a very violent agitation or shaking
 sanguinis intra corpus; hinc comitatur multas febres et
of the blood within the body; hence it accompanies many fevers and
 fere omnes inflammationes, et aliquando profluvia sanguinis,
almost all (kinds of) inflammations, and sometimes profluvia of blood,
 et febres quas eruptio super cutem comitatur, interdum
and fevers which an eruption upon the skin accompanies, sometimes
 plenitudinem corporis, aut dolorem, que multas irritaciones. Neque est
fulness of habit, or pain, and many irritations. Nor is
 talis crusta semper habenda morbosa, quippe quæ aliquando
such a crust always to be considered diseased, as being one which sometimes
 contingat sanissimis, veluti fœminis donec gerunt
belongs to the most healthy, as to women while they are carrying
 uterum, etiam a primis mensibus, et quibusdam validis
(a child in) the womb, even from the first months, and some strong
 laboriosis viris viventibus lautè, et sane omnibus hominibus,
labouring men living luxuriously, and indeed all persons,
 frequentius hiemale et verno tempore, quo robur
more frequently in the winter and spring time, in which the vigour
 solidarum partium, et actio vasorum quæ vehunt sanguinem,
of the solid parts, and the action of the vessels which carry the blood,
 est maxima. Quin et potest induci aut impediri a levissimis
greatest. Moreover it may be induced or be prevented by very slight
 causis, dum sanguis fluit, vel postquam receptus est in
causes, whilst the blood is flowing, or after it has been received into
 pateram, veluti formâ ipsius: ita ut sæpe nulla crusta obser-
the cup; as by the form of it: so that often no crust can be
 vetur in alterâ paterâ, in alterâ densissima et tenacissima.
observed in the one cup, in the other a very thick and tenacious one.

510. Hinc ratio redditur, cur sæpe conveniat mittere
Hence the explanation is given, why often it may be proper to let
 sanguinem dum talis crusta observatur, que corpus solet
blood whilst such a crust is observed, and the body is accustomed
 ferre jacturam ejus bene: quoque patet quantus et
to bear the loss of it well: (hence) also it is evident how great and
 quam plenus periculi fuit error eorum qui erant auctores
how full of danger was the error of those who were the authors
 mittendi sanguinem iterum que iterum, donec nulla crusta apparet
of drawing blood again and again, until no crust appeared
 amplius super eum, scilicet quam crediderunt morbosam partem
longer upon it, as being what they believed the diseased part

agitatione, seu conquassatione; hinc multas febres, et inflammationes fere omnes, et aliquando sanguinis profluvia, et febres quas eruptio super cutem comitatur, interdum corporis plenitudinem, aut dolorem, multasque irritaciones, comitatur. Neque semper morbosa habenda est talis crusta, quippe quæ sanissimis aliquando contingat; veluti fœminis, donec uterum gerunt, a primis etiam mensibus; et viris quibusdam validis, laboriosis, laute viventibus; et omnibus sane hominibus, frequentius tempore hiemale et verno, quo robur solidarum partium et actio vasorum quæ sanguinem

vehunt, maxima est (467). Quin et a levissimis causis, dum fluit sanguis, vel postquam in pateram receptus est, veluti ipsius forma, induci aut impediri potest: ita ut sæpe in altera patera nulla, in altera densissima et tenacissima crusta observetur.

510. Hinc ratio redditur cur sæpe, dum talis crusta observatur, sanguinem mittere conveniat, ejusque jacturam corpus bene ferre solet: patet quoque quantus eorum error fuit, et periculi quam plenus qui auctores erant sanguinem iterum iterumque mittendi, donec nulla amplius crusta super eum apparet; scilicet

sanguinis. Profecto est utilissimum signum medico, quamvis
of the blood. Truly it is a most useful sign to the physician, although
 multum absit ut debeat respicere ad illud solum.
it is very far from that he ought to look to it alone.

511. Eadem fibrina sanguinis, nonnunquam dum homo vivit, vero
The same fibrine of the blood, sometimes while the man lives, but
 sæpius post mortem, imprimis si adfuerit aliquod vitium
oftener after death, especially if there have been any disorder
 organi, amplificatio, obstructio, &c. coit in tenacem massam,
of the organ, enlargement, obstruction, &c. congeals into a tenacious mass,
 in magnis vasis prope cor, aut in sacculis cordis
in the great vessels near the heart, or in the cavities of the heart
 ipsiûs, quæ vocatur Polypus. Similes massæ quoque formantur
itself, which is called Polypus. Similar masses also are formed
 haud raro in utero, et vocantur Molæ.
not unfrequently in the uterus, and are called Moles.

512. Quantitas universæ massæ, et singularum partium san-
The quantity of the whole mass, and of the individual parts of the
 guinis, haud facillè reducitur ad mensuram. Potest variare multum,
blood, is not easily reduced to measure. It may vary much,
 sanitate adhuc salvâ: quod si fuerit vel nimium, vel
the health still being safe: but if there should be either too much, or
 nimis parum sanguinis in corpore, vel proportio partium ejûs
too little (of) blood in the body, or the proportion of the parts of it
 fuerit facta aliena, demum vitium erit non leve,
should be made irregular, at length the disorder will be no slight one,
 et sæpe causa multorum et gravium morborum.
and often a cause of many and severe diseases.

513. Nimia copia sanguinis colligitur usu multi validi,
Too great a quantity of blood is collected by the use of much strong,
 pinguis cibi, præsertim ex carnibus, et validi potûs, (modo
rich food, especially of flesh, and of strong drink, (provided
 concoctio sit bona,) et otiososo et sedentario genere vitæ, et
the digestion be good,) also by an idle and sedentary kind of life, and
 multo somno, præsertim in iis qui prius solebant exercere
by much sleep, especially in those who before were accustomed to exercise
 sese multum; solitis exinanitionibus cohibitis; consuetudine
themselves very much; by the usual evacuations being restrained; by the habitual
 exinanitionum, qualescunque fuerint, nimirum quæ
use of evacnants, whatever kind they may be, that is (those) which
 minuant vitalem vim, et faciant excretiones languere; præ
diminish the vital power, and cause the excretions to languish; above

quam morbosam sanguinis partem credebant. Utilissimum profecto medico signum est, quamvis multum absit, ut ad illud solum respicere debeat.

511. Eadem fibrina sanguinis, nonnunquam dum vivit homo, sæpius vero post mortem, imprimis si vitium aliquod organi, amplificatio, obstructio, &c. adfuerit, in magnis vasis prope cor, aut in ipsius cordis sacculis, coit in massam tenacem, quæ vocatur Polypus. Similes massæ quoque haud raro in utero formantur, et Molæ vocantur.

512. Quantitas universæ massæ, et singularium partium sanguinis, haud facile ad men-

suram reducitur. Multum variare potest, salva adhuc sanitate: quod, si vel nimium sanguinis vel nimis parum in corpore fuerit, vel aliena ejus partium proportio facta fuerit, vitium demum erit, non leve, et sæpe multorum et gravium morborum causa.

513. Nimia sanguinis copia colligitur usu multi cibi, validi, pinguis, ex carnibus præsertim, et potus validi (modo concoctio bona sit), et vitæ genere otioso et sedentario, et multo somno, præsertim in iis qui prius multum sese exercere solebant; exinanitionibus quibusvis solitis cohibitis; consuetudine exinanitionum, qualescunque fuerint, nimirum quæ vim vita-

omnibus, exhalatione per cutem vel sudorē,
all, by the exhalation by the skin (insensible perspiration) or the-sweat,
 aut suppressis aut paulatim deficientibus. Homines laxi et
either being suppressed or gradually failing. Persons lax and
 debiles (quoad) constitutionem corporis, sunt præ aliis obnoxii
weak (as to) their constitution of body, are more than others subject
 huic vitio.
to this disorder.

514. Multa mala oriuntur a nimia plenitudine. Homo
Many diseases arise from excessive fulness. A person
 nonnunquam fere opprimitur, fit hebes, languidus, debilis, neque
sometimes is almost borne down, becomes dull, languid, weak, nor
 organa ipsa quæ movent sanguinem, valent ad impellendum
are the organs themselves which move the blood, able to drive forward
 tantum onus. Pulsus languet, et syncope, et vertigo, et
so great a load. The pulse languishes, even syncope, and vertigo, and
 palpitation aliquando observantur. Vero sæpius vasa nimis
palpitation sometimes are observed. But more frequently the vessels being over
 distenta, fiunt proclivia ad præter solitum vehementes et abnormes motus.
distended, become disposed to unusually violent and irregular motions.

515. Hinc proclivitas (oritur) ad febres, inflammationes, inæqualem
Hence a tendency to fevers, inflammations, irregular
 distributionem sanguinis, insolitas congestiones ejûdem, lacerationes
distribution of blood, unusual congestions of the same, ruptures
 vasorum, et profuvia sanguinis. Porro, ob arctum nexum
of vessels, and flowings of blood. Moreover, because of the close connexion
 inter vasa vehentia sanguinem et nervosum genus, nimia
between the vessels carrying blood and the nervous system, excessive
 mobilitas, et proclivitas ad spasmos et alios morbos ejûdem generis,
irritability, and tendency to spasms and other diseases of the same kind,
 oriuntur a plenitudine.
arise from fulness.

516. Hinc intelligitur cur aliquando obscurus pulsus, aliquando
Hence is understood why sometimes an obscure pulse, sometimes
 validus vel durus comitetur plenitudinem; cur ipsa (plenitudo)
a strong or hard one accompanies fulness; why it is
 causa et pars tot morborum; cur sæpe (est) effectus prosperæ
a cause and part of so many diseases; why often it is the effect of good
 valetudinis; quâ ratione optime adimatur; vel novis exinanitionibus
health: by what means it may be best removed; whether by new evacuations

lem minuant, et excretiones languere faciant; præ omnibus, exhalatione per cutem vel sudore aut suppressis, aut paulatim deficientibus. Homines corporis constitutionem laxi et debiles, præ aliis, huic vitio sunt obnoxii.

514. Multa mala a nimia plenitudine oriuntur. Homo nonnunquam fere opprimitur, hebes, languidus, debilis fit, neque ipsa quæ sanguinem movent organa ad tantum onus impellendum valent. Pulsus languet, et aliquando *syncope*, et vertigo, et palpitation observantur. Sæpius vero vasa nimis distenta, ad motus præter solitum vehementes et abnormes proclivia fiunt.

515. Hinc proclivitas ad febres, inflamma-

tiones, inæqualem sanguinis distributionem, insolitas ejusdem congestiones, vasorum lacerationes, et sanguinis profuvia. Porro, ob arctum inter vasa sanguinem vehentia et *genus nervosum* nexum, mobilitas nimia, et proclivitas ad *spasmos*, et alios ejusdem generis morbos, a plenitudine oriuntur.

516. Hinc intelligitur cur aliquando pulsus obscurus, aliquando validus vel durus plenitudinem comitetur: cur ipsa tot morborum causa et pars; cur sæpe prosperæ valetudinis effectus; quâ ratione optime adimatur; vel uovis institutis exinanitionibus, vel antiquis et suppressis resitutis, vel diætâ tenui et parca, et valida et crebra corporis exercitatione.

institutis, vel antiquis et suppressis restitutis, vel tenui
being instituted, or the old and suppressed ones being restored, or by a slender
 et parvâ diætâ, et validâ et crebrâ exercitatione.
and spare diet, and by powerful and frequent exercise.

517. Medici crediderunt se perspexisse quoque haud paucas
Physicians have believed that they had observed also not a few
 alias species plenitudinis diversas ab hac verâ et absolutâ de
other kinds of fulness differing from this true and absolute (one) about
 quibus ratiocinati sunt multum, quamvis sæpe nimiam subtilitate.
which they have reasoned a great deal, although often with too much subtlety.

518. Vocatur plenitudo ad spatium, siquando copia sanguinis
It is called plethora ad spatium (of space), whenever the quantity of blood
 que mole ejus auctis nihil præter solitum,
and the bulk (volume) of it being increased nothing beyond what is usual,
 vasa quæ continent eum (sanguinem) constringuntur, coarctantur, ita
the vessels which contain it are constricted, straitened, so
 ut ægrè, nec sine incommodo, contineant
that difficultly, nor without inconvenience, can they hold (so as with difficulty,
 nor without inconvenience, to hold) solitam copiam et molem sanguinis,
like as the extreme and minute vessels being constricted by fever attacking,
 aut subito terrore, aut magno frigore: vel vasis ipsi
or by sudden terror, or by great cold: or the vessels themselves
 demum concretescentibus, que nonnullis eorum factis imperviis,
at length growing together, and some of them having become impervious,
 veluti in senibus; vel, denique, corpore ipso mutilato membro
as in old persons; or, lastly, the body itself being mutilated by a limb
 amputato.
being amputated.

519. Alia spuria plenitudo, dicta ad molem dicitur accidere
Another spurious plethora, named ad molem (of volume) is said to happen
 sicubi sanguis ipse, non auctus quantitate, expanditur, augetur
whenever the blood itself, not increased in quantity, is expanded, is increased
 mole, que distendit vasa continentia non secus ac vera
in volume, and distends the vessels containing it in like manner as real
 plenitudo. Ingens calor, vel externus, vel a febre, aut exercitatione,
fulness. Great heat, either external, or from fever, or exercise,
 aut stimulantibus (oriens), fertur induxisse hoc genus mali,
or stimulants, is said to have induced this kind of disorder,
 nimirum, sanguine, pro parte rata rarefacto plus quam vasa
that is, the blood, in respect of the part being rarefied more than the vessels

517. Alias quoque haud paucas plenitudinis species, ab hac vera et absoluta diversas, medici crediderunt se perspexisse, de quibus multum, quamvis sæpe nimia subtilitate, ratiocinati sunt.

518. Plenitudo ad spatium vocatur, siquando, copia sanguinis ejusque mole nihil præter solitum auctis, vasa quæ eum continent, constringuntur, coarctantur, ita ut solitam sanguinis copiam et molem ægre, nec sine incommodo, contineant: veluti vasis extremis et minutis multum constrictis, ingruente febre, aut subito terrore, aut magno frigore; vel de-

mum vasis ipsis, veluti in senibus, concretescentibus, eorumque nonnullis imperviis factis: vel denique, ipso corpore, amputato membro, mutilato.

519. Plenitudo alia, spuria, ad molem dicta, accidere dicitur, sicubi sanguis ipse, quantitate non auctus, expanditur, mole augetur, vasaque continentia non secus ac vera plenitudo distendit. Ingens calor, vel externus, vel a febre, aut exercitatione, aut stimulantibus, hoc mali genus induxisse fertur sanguine nimirum pro parte plus rarefacto, quam vasa relaxata essent. Quin et insolita, præ-

essent relaxata. Quin et, insolita, præsertim subita levitas
 were relaxed. Moreover, an unusual, especially sudden lightness (rarity)
 æris, qualis accidit a magnâ mutatione tempestatis
 of the air, such as occurs from a great change of the temperature (of the
 weather), or happens to persons who ascend high mountains,
 est dicta rarefacere sanguinem, aëre quem habet expanso.
 has been said to rarefy the blood, by the air which it contains being expanded.
 Annon Iatro-mathematici aliquando hallucinati sunt nonnihil de his
 (Have) not the Iatro-mathematicians occasionally mistaken a little on these
 rebus, credentes molem sanguinis augeri, quum auctus
 subjects, believing that the volume of the blood was increased, when the increased
 impetus ejûs, propter calorem, vehementem exercitationem, que alia
 impetus of it, through heat, violent exercise, and other
 stimulantia, potius esset in vitio?
 stimulants, rather was in fault?

520. Talis abundantia sanguinis qualis opprimat moventis vires vocatur
 Such an abundance of blood as oppresses the moving powers is called
 plenitudo ad vires. Plenitudo hujûsmodi semper efficit ingens incommodum,
 plethora ad vires. Plethora of this kind always causes great inconvenience,
 et igitur potest dici ad vires. Tamen, vitium
 and therefore it may be named against the strength. However, a disorder
 istiusmodi frequenter observatur, si vires ægri fuerint
 of the same sort is frequently observed, if the strength of the sick have been
 multum fractæ quâcunque causâ, vel ab exiguo excessu
 much broken (reduced) by any cause, even from a trifling excess
 sanguinis, qualem validus homo tulisset impunè.
 of blood, such as a strong person would have borne with impunity.

521. Facilè patebit varia genera plenitudinis posse simul
 It will easily appear that the different kinds of fulness may at the same
 accidere eidem homini, que graviora mala sæpe proflux-
 time occur to the same person, and that very severe evils often will pro-
 ura esse tali conjunctione.
 ceed from such a combination.

522. Inopia sanguinis quoque nocet multum: debilitat hominem,
 Scarcity of blood also injures very much: it debilitates a person,
 reddit impotentem ad munera vitæ, facit motum sanguinis
 renders him unable for the duties of life, causes the motion of the blood
 languere, et tandem inducit syncopen, convulsiones, mortem: si
 to languish, and at length brings on syncope, convulsions, death: if

sertim subita, æris levitas, qualis a magna tempestatis mutatione accidit, vel hominibus contingit qui altos montes ascendunt, sanguinem rarefacere, expanso quem habet aëre, dicta est. Annon aliquando de his rebus nonnihil hallucinati sunt, Iatro-mathematici molem sanguinis credentes augeri, quum auctus ejus impetus (452, 458, 467) propter calorem, exercitationem vehementem, aliaque stimulantia, potius in vitio esset?

520. Plenitudo ad vires vocatur, talis sanguinis abundantia, qualis vires moventes opprimat (514). Ingens plenitudo hujusmodi incommodum semper efficit, et igitur ad vires

dici potest. Frequenter tamen observatur istiusmodi vitium, vel ab exiguo sanguinis excessu, qualem validus homo impune tulisset, si vires ægri quacunque causa multum fractæ fuerint.

521. Facile patebit varia plenitudinis genera eidem homini simul accidere posse, gravioraque mala a tali conjunctione sæpe esse profluxura.

522. Inopia sanguinis multum quoque nocet; hominem debilitat, ad omnia vitæ munera impotentem reddit, motum sanguinis languere facit, syncopen, convulsiones, et mortem tandem inducit: si levior fuerit defectus et diuturnior,

defectus fuerit leuior, et diuturnior, corpus marcescit ob
the deficiency should be less, but longer continued, the body emaciates through
 defectum nutrimenti, que functiones ipsius vitiantur variis modis.
deficiency of nutriment, and the functions of it are vitiated in various ways.

523. Talis inopia oritur a longâ inediâ, pravo cibo, parum
Such a dearth arises from long fasting, bad food, no way
 nutriente, pravâ concoctione vel boni cibi, aut itinere
nourishing, depraved concoction even of good food, or the passage
 nutrimenti parati ex eo in sanguinem impedito; aut feбри-
of the nutriment prepared from it into the blood being obstructed; or from
 bus, que aliis morbis qui exhauriunt corpus et impediunt
fevers, and other diseases which exhaust the body and impede
 nutrimentum; vel demum a variis exinanitionibus, præsertim
(its) nourishment; or at length from various evacuations, chiefly
 sanguinis, imprimis si hæ fuerint subitæ; enim vasa accommodant
of blood, especially if they should be sudden; for the vessels accommodate
 se in mirum modum lentis exinanitionibus: præterea, si
themselves in a wonderful manner to slow evacuations: besides, if
 corpus depletur lente, excretiones minuuntur propter defectum
the body is emptied slowly, the excretions are diminished through defect
 vitalis vis, ita ut insolitum dispendium, pro parte saltem, facile
of vital power, so that the unusual expenditure, in part at least, is easily
 compensetur insolita retentione. Quod si exinanitio fuerit subita
compensated by unusual retention. But if the evacuation should be sudden
 et magna, potest vel esse brevi lethalis vel frangere ita ho-
and great, it may either be (prove) quickly fatal or break up so the
 minem ut nunquam plene convalescat.
person (constitution,) that he never perfectly recovers.

524. Magna aut diuturna inopia sanguinis potest vix non
Great or long-protracted deficiency of blood can scarcely not
 vitiare qualitates ejus humoris. Nimirum, tenuior pars facile
vitiates the qualities of that fluid. Without doubt, the thinner part is easily
 et citò reparatur; vero crassa pars, fibrina, et rubræ particulae,
and quickly repaired; but the thick part, the fibre, and red particles,
 haud ita facilè (reparantur). Hinc (est) tenuis, pallidus, vix rubens
not so easily. Hence the thin, pale, scarcely red
 sanguis, neque bene concrescens neque bene nutriens corpus.
blood, neither perfectly concreting nor perfectly nourishing the body.

525. Porro, sanguis fit nimis tenuis multo præsertim aquoso
Moreover, the blood becomes too thin by much especially watery
 potu, tenui et parum nutriente cibo, pravâ concoctione in ventriculo,
drink, poor and no way nourishing diet, depraved concoction in the stomach,

corpus marcescit, ob defectum nutrimenti, et functiones ipsius variis modis vitiantur.

523. Talis inopia oritur a longa inedia, cibo pravo, parum nutriente, vel boni cibi prava concoctione, aut impedito nutrimenti ex eo parati in sanguinem itinere; aut febris, aliisque morbis qui corpus exhauriunt et nutrimentum impediunt; vel demum a variis exinanitionibus, sanguinis præsertim, imprimis si hæ subitæ fuerint: lentis enim exinanitionibus vasa mirum in modum se accommodant: præterea, si lente depletur corpus, excretiones minuuntur, propter vis vitalis defectum, ita ut retentione insolita, insolitum

dispendium pro parte saltem facile compensetur. Quod si subita et magna fuerit exinanitio, vel brevi lethalis esse potest, vel hominem ita frangere, ut nunquam plene convalescat.

524. Inopia sanguinis magna aut diuturna qualitates ejus humoris vix potest non vitiare. Nimirum, pars tenuior facile et cito reparatur; pars vero crassa, fibrina, et particula rubræ, haud ita subito. Hinc sanguis, tenuis, pallidus, vix rubens, neque bene concrescens, neque corpus bene nutriens.

525. Fit porro nimis tenuis sanguis, multo potu, præsertim aquoso, cibo tenui, et parum nutriente, prava concoctione in ventriculo, vel

vel forsitan in pulmonibus; que organis ipsis, quæ fingunt
or perhaps in the lungs; and the organs themselves, which elaborate
 crassiores partes, habentibus se male; solitis tenuibus excretionibus,
the thicker parts, having themselves badly; the usual thin excretions,
 scilicet sudore et urinâ, suppressis, veluti frigore aut vitio
for instance the sweat and urine, being suppressed, as by cold or disorder
 organorum; vel, demum, ut fere omnes medici putarunt,
of their organs; or, lastly, as almost all physicians have thought,
 putridâ corruptione universi corporis, et præsertim humorum: sed
by a putrid corruption of the whole body, and especially of the fluids: but
 est controversia de hac re; et si opinio sit ita
there is a controversy upon this subject; and if the opinion should be like
 ut fuit olim, tum est perspicuum alia vitia præter meram
as it was formerly, then it is manifest that other disorders besides mere
 tenuitatem sanguinis plerumque concurrere.
attenuation of the blood for the most part concur.

526. Nimis tenuis vel aquosus sanguis facit vultum pallidum,
A too thin or watery blood renders the countenance pale,
 corpus debile, languidum, torpidum, solidas partes laxas, flaccidas,
the body weak, languid, torpid, the solid parts lax, flaccid,
 ob defectum nutrimenti, et nimiam quantitatem humidæ materia
through defect of nourishment, and the excessive quantity of fluid material
 in compage, inducit aquosas hydropicas effusiones in omni parte
in the system, brings on watery dropsical effusions in every part
 corporis; nimirum, exhalatione tenuis humoris, qui irrorat
of the body; that is, the exhalation of the thin fluid, which bedews
 omnia cava organa corporis, auctâ, partim ob sanguinem
all the hollow organs of the body, being increased, partly because of the blood
 ipsum nimis solutum, et elabentem facilius et copiosius
itself being too much dissolved, and escaping more easily and more copiously
 justo, partim ob vasa præter solitum relaxata,
than proper, partly on account of the vessels (being) unusually relaxed,
 neque renitentia ut decet: quin et, tantum abest ut resorbentes
nor resisting as they ought: moreover, so far is it from that the absorbing
 venæ in hoc statu hauriunt plus quam solent illius exhalati
veins in this state take up more than they are accustomed of that exhaled
 humoris, ut hæ quoque participes generalis debilitas, vix valeant
fluid, that they also partakers of the general debility, scarce are able
 ad sua solita munera.
for their ordinary functions.

527. Verum enimvero Natura ipsa plerumque præcavit a
But indeed Nature herself for the most part has provided against

forsitan in pulmonibus; ipsisque organis quæ partes crassiores fingunt male se habentibus; suppressis excretionibus solitis tenuibus, sudore acilicet et urina, veluti frigore, aut vitio organorum; vel demum, ut omnes fere medici putarunt, putrida universi corporis, et humorum præsertim, corruptione: sed de hac re controversia est; et si ita sit ut olim opinio fuit, tum præter meram tenuitatem, perspicuum est alia plerumque sanguinis vitia concurrere.

526. Sanguis nimis tenuis vel aquosus facit vultum pallidum, corpus debile, languidum, torpidum, partes solidas laxas, flaccidas, ob defectum nutrimenti, et nimiam humidæ ma-

teris in compage quantitatem (82, 88); effusiones aquosas hydropicas in omni corporis parte inducit, aucta nimirum exhalatione humoris tenuis qui omnia cava corporis organa irrorat, partim ob sanguinem ipsum nimis solutum, et facilius et copiosius justo elabentem, partim ob vasa præter solitum relaxata, neque ut decet renitentia: quin et tantum abest ut venæ resorbentes in hoc statu plus quam solent illius exhalati humoris hauriant, ut hæ quoque, generalis debilitatis participes, vix ad solita sua munera valeant.

527. Verum enimvero, Natura ipsa a tot tantisque malis simplicissimo plerumque modo

tot que tantis malis simplicissimo modo; neque
so many and such great evils in a most simple manner; nor does
 sanguis fit nimis tenuis adeo facillè ut multi crediderunt: neque, si
the blood become too thin so easily as many have believed: nor, if
 fuerit factus ita, idoneum remedium deest. Nam, si corpus
it should have become so, is a proper remedy wanting. For, if the body
 est alioquin sanum, tenuiores excretiones multum augmentur, fere
is otherwise sound, the thinner excretions are greatly increased, almost
 statim, et tota massa sanguinis, sæpe, brevi tempore, denuo
immediately, and the entire mass of blood, often, in a short time, is again
 reducitur ad justam spissitatem.
reduced to a proper thickness.

528. Aliud et oppositum vitium sanguinis huic, scilicet, nimia
Another and an opposite disorder of the blood to this, namely, excessive
 spissitudo, qualem medici sæpe finxerunt, est observatum
spissitude, such as physicians often have imagined, has been observed
 rarissimis, si in ullis, exemplis. Asseruerunt (medici) tale vitium
in very few, if in any, examples. They have asserted that such a disorder
 oriri a spisso, sicco, tenaci, glutinosa cibo, vel a defectu
arose from thick, dry, tenacious, glutinous food, or from deficiency
 potûs, vel ab excessu tenuium excretionum, puta, a calore,
of drink, or from excess of the thin excretions, for instance, by heat,
 exercitatione, &c. Tamen, exempla talis vitii, vel compositorum
exercise, &c. However, examples of such a disorder, or of the compound
 morborum quæ deriventur ex eo, haud facillè ostenduntur. Profecto
diseases which are derived from it, are not easily shown. Truly
 quorundam, imprimis febrium et inflammationum, quos placuit
of some, especially of fevers and inflammations, which it has pleased
 medicis referre huc, est plane alia ratio.
physicians to refer to this head, there is evidently a different explanation.

529. Quin, humanum corpus est ita constitutum a sapiente
Moreover, the human body has been so constituted by the wise
 Opifice rerum, ut, quamprimum sanguis fuerit redactus ad
Fabricator of things, that, as soon as the blood has been reduced to
 justam spissitatem, vel minimum quam ultra, tenues excretiones
its due consistency, or the least possible beyond it, the thin excretions
 vel supprimantur vel minuuntur, et corpus simul trahat plus
either are suppressed or are diminished, and the body at the same time abstracts more
 humoris ab aëre; tunc sitis quoque oritur, et quantum
moisture from the air (atmosphere); then thirst also arises, and as much as
 fuerit opus ad diluendum sanguinem bibitur. Quod si aqua
was necessary to dilute the blood is drunk. But if the water

præcavit; neque adeo facile, ut multi crederent, sanguis nimis tenuis fit: neque si ita factus fuerit, deest idoneum remedium. Nam statim fere, si corpus alioquin sanum est, excretiones tenuiores multum augmentur, et tota sanguinis massa, sæpe brevi tempore, ad justam spissitatem denuo reducitur.

528. Aliud et huic oppositum sanguinis vitium, nimia scilicet spissitas, qualem medici sæpe finxerunt, rarissimis si in ullis in exemplis observatum est. Tale vitium a cibo spisso, sicco, tenace, glutinoso, vel a defectu potus, vel ab excessu excretionum tenuium, puta a calore, exercitatione, &c. oriri asseruerunt.

Haud facile tamen ostenduntur exempla talis vitii, vel morborum compositorum qui ex eo deriventur. Quorundam profecto, febrium imprimis, et inflammationum, quos medicis huic referre placuit, alia plane ratio est.

529. Ita enim corpus humanum a sapiente rerum Opifice constitutum est, ut quamprimum sanguis ad justam spissitatem, vel quam minimum ultra, redactus fuerit, excretiones tenues vel supprimantur vel minuuntur, et corpus simul plus humoris ab aëre trahat; sitis quoque tunc oritur, et quantum opus fuerit ad sanguinem diluendum bibitur. Quod si ipsa aqua deficit, neque miseri importunissimæ sitis,

ipsa deficit, neque possunt miserī indulgere inportu-
itself fails, nor can the wretched persons indulge (satisfy) the very
 uissimæ siti quæ urget eos ad bibendum, demum tum tantum
urgent thirst which urges them to drink, even then so far is it
 abest ut sanguis spissetur, ut auctoribus ipsis qui stre-
from that the blood be inspissated, that the authors themselves who most
 nuissimè tuentur commenta hujusmodi de vitiiis humorum
strenuously defend theories of this kind concerning the disorders of the fluids
 fatentibus, putredine ortâ vel auctâ, (sanguis) multum
confessing, putridity having arisen or being increased, it is much
 solvatur, et fit acer que tenuis, ægre continendus suis
dissolved, and becomes acrid and thin, with difficulty to be retained in its
 vasis.
vessels.

530. Medici scripserunt multum de acrimoniâ humorum, et
Physicians have written a great deal on the acrimony of the fluids, and
 conati sunt ædificare ingentem molem super hoc tenue et lubricum
have endeavoured to build a mighty structure upon this slender and slippery
 fundamentum.
foundation.

531. Profecto, pleraque commenta medicorum de acrimoniâ
Indeed, most (of the) theories of physicians concerning the acrimony
 humorum jam obsoluerunt, et merito negliguntur tanquam
of the fluids have now grown obsolete, and deservedly are neglected as
 falsa, vel saltem incerta, et nihil conducentia ad medicum usum;
false, or at least uncertain, and in no way conducing to medical practice;
 et nunc graves controversiæ existunt etiam de iis acrimoniis
and now serious controversies exist even about those acrimonies
 quæ, consensu fere omnium, sunt diu habitæ certæ et
which, by the consent of almost all, were long considered certain and
 manifestæ. Et fatendum est esse adhuc locum dubitandi
evident. And we must confess that there is still room for doubting
 etiam de his, verbi gratiâ, de putredine humorum. Vero
even about them, for example, about the putridity of the fluids. But
 interim, dum lis est sub judice, decet cavere,
in the mean time, whilst the dispute is under the judge, it becomes us to take care,
 dum vitamus unum errorem, ne curramus in alium vix
whilst we avoid one error, that we do not run into another hardly
 minorem, et male negligamus rem alicujus momenti, saltem in
less, and badly neglect a matter of some moment, at least in
 medicâ re, quamvis non tanti ut fuit opinio olim.
medical practice, although not (of) so great as was the opinion formerly.

quæ eos ad bibendum urget, indulgere possunt, tum demum, tantum abest ut sanguis spissetur, ut fatentibus ipsis auctoribus qui hujusmodi commenta de vitiiis humorum strenuissime tuentur, orta vel aucta putredine, multum solvatur, et acer tenuisque fiat (525), ægre suis vasis continendus.

530. De acrimonia humorum multum scripserunt medici, et super hoc tenue et lubricum fundamentum, ingentem molem ædificare conati sunt.

531. Obsoluerunt profecto jam, et merito negliguntur, pleraque medicorum commenta

de humorum acrimoniis, tanquam falsa, vel incerta saltem, et nihil ad usum medicum conducentia: et graves nunc existunt controversiæ de iis etiam acrimoniis quæ diu, omnium fere consensu, certæ et manifestæ sunt habitæ. Et fatendum est, de his etiam, verbi gratia, de humorum putredine, adhuc locum esse dubitandi. Interim vero, dum lis sub judice est, cavere decet, ne dum unum errorem vitamus, in alium curramus, vix minorem, et rem alicujus saltem momenti in re medica, quamvis non tanti ut olim opinio fuit, male negligamus. Juvabit certe novisse quæ de

Certe, juvabit novisse quæ visa sunt aut certa aut maxime
At least, it will benefit to know what have seemed either certain or most
 verisimilia de hac re.
probable concerning this matter.

532. Sanguis, aliquantulum acer in sanissimo homine, potest fieri
The blood, a little acrid in the most healthy person, may become
 nonnihil acrior variis causis, et facere multa que ne levia
somewhat more acrid from various causes, and produce many and no slight
 mala: incitata actio cordis, aut arteriarum, aut secretorum
evils: the quickened action of the heart, or arteries, or secreting
 organorum, ab acris ingestis, docet: humores præter solitum
organs, from acrids being ingested, teaches: humours unusually
 acres secreti, et vasa aliquando multum stimolata, nonnunquam
acrid being secreted, and the vessels sometimes very much stimulated, occasionally
 planè inflammata, vel demum erosa, docent.
outright inflamed, or even eroded, teach.

533. Plurima acria revera ingeruntur quotidie in corpus: autem
Very many acrids indeed are ingested daily into the body: but
 hæc vel corriguntur, concoquuntur, permutantur in ventriculo, et
these either are corrected, are digested, are changed in the stomach, and
 pulmone, priusquam veniunt in sanguinem aortæ, diffundenda
lungs, before that they come into the blood of the aorta, to be diffused
 per totum corpus; vel saltem diluta plurimâ aquâ, vel
through the whole body; or at least diluted with a great deal of water, or
 obtusa fibrinâ, albumine, gelatinâ, deponunt multum suæ
blunted with fibrine, albumen, gelatine, lay aside (lose) much of their
 acritudinis, et assidue excernuntur, tanquam noxia, e corpore.
acrimony, and are constantly excreted, as noxious, from the body.

534. Hoc modo, ingens copia acidi, alcalini, medii,
In this manner, a great quantity of acidulous, alkaline, neutral,
 veluti, communis salis, potest transire per corpus, valetudine
for example, common salt, may pass through the body, the health
 parum vel nihil affectâ. Quod, si quantitas ejus fuerit
being little or not at all affected. But, if the quantity of it should be
 nimia, que hæc ne probe diluta, neque excreta, tum demum
excessive, and this not properly diluted, nor excreted, then indeed
 nocebit.
it will hurt.

535. Videtur quoque verisimile, quamvis medici non desint
It seems also probable, although physicians are not wanting
 qui dubitant de hoc, hominem, etiam usque dum (is) vivit, putrescere,
who doubt of this, that man, even so long as he lives, putrefies,

hac re aut certa aut maxime verisimilia visa sunt.

532. Sanguis in sanissimo homine aliquantulum acer, variis causis nonnihil acrior fieri potest, et multa neque levia mala facere: docet incitata cordis, aut arteriarum, aut organorum secretorum, actio, ab acris ingestis: docent humores secreti præter solitum acres, et vasa aliquando multum stimolata, nonnunquam planè inflammata, vel demum erosa.

533. Plurima acria revera ingeruntur quotidie in corpus: autem ingeruntur: hæc autem in ventriculo, et intestinis, et pulmone, vel corriguntur, conco-

quantur, permutantur, priusquam in sanguinem aortæ veniunt, per totum corpus diffundenda; vel saltem plurimâ aquâ diluta, vel fibrinâ, albumine, gelatinâ, obtusa, multum suæ acritudinis deponunt, et assidue e corpore tanquam noxia excernuntur.

534. Hoc modo ingens copia salis acidi, alcalini, medii, veluti communis, per corpus transire potest, valetudine parum vel nihil affectâ. Quod si nimia quantitas ejus fuerit, neque hæc probe diluta, neque excreta, tum demum nocebit.

535. Verisimile quoque videtur, quamvis non desint medici qui de hoc dubitant, hominem

que gignere sive evolvere multum salem sui generis,
and generates or evolves much salt of its own (a peculiar) kind,
 qui possit non inepte dici animalis: scilicet magna
